*Scientia sine pietate, non prodest ad salutem.* 117.1.E.& seq.
*Scriptura sacra, Dei epistola.* 109.1.D.E
*Ejus eloquentia.* 110.1.B. *obscuritas.* ibid.B
*Ab ejus lectione non ideò abstineant studiosi Theologiæ, quia illam non intelligunt.* 111.1.E. *studium suum Theologicum ab ea ordiantur.* ibid.2.A.B
*Scripturæ quomodo legendæ.* 110.2.E.111.1.E.& 2.B.C
*Spes, donum Dei.* 87.2.C
*Stola prima quid.* 105.1.E
*S.Thoma Apostolus moriente Domina nostra Deipara aberat.* 73.1.E.
*S.Thomæ Aquinatis nomen prædictum.* 83.1.D
*Adhuc puer strictâ manu tenebat salutationem Angelicam.* ibid.E.
*Suscipit habitum S.Dominici.* ibid.2.B
*Abigit meretricem & Angeli eum cingunt.* ibid.E
*Vocatus fuit bos mutus.* 84.2.B.C
*Oratione plus quam studio profecit.* 85.1.C.D
*Ejus doctrina probata.* 85.2.A.B.C.90.1.A
*Confertur cum Salomone.* 96.2.B.100.1.A
*Fit baccalaureus.* 97.1.B.97.2.C
*Quid passus.* 83.2.C.D.97.2.D
*Scribit pro ordin. mendic.* 98.1.D
*Ejus humilitas.* 98.2.A.B
*Convertit Judæos.* 100.1.E
*Sanat mulierem.* ibid.E
*Moritur.* ibid.2.D
*De S.Thoma Aquin. Græcorum testimonia.* 100.1.A
*Opinio B. Aloysij Gonzagæ de summa S. Thomæ Theologica.* 99 2. E.
*B.V. Deipara mortua est sine dolore.* 73.1.C
*Illius corpus non est in sepulchro inventum.* 73.2.A.74.2. B.C.
*Ante ipsius obitum Apostoli subitò adfuerunt.* 73.1.C
*B.Virgo habet coronam stellarum duodecim.* 74.1.B.C D.E
*Ejus corpus non fuit corruptum.* 74.2.E
*Assumpta est in cælum cum corpore.* 73.2.A.74.2.B.C
*Ejus encomia.* 112.1.A.B
*De B. Virgine Maria, diversæ ex scripturis figuræ.* 75. 1. A & seqq.

# APPROBATIO.

INfrascriptus has quatuordecim eximij M. N. FRANCISCI SILVIJ S. Theol. Doct. & in Univers. Duac. regij ordinarijque Professoris, orationes; quarum duæ habitæ sunt in templo fratrum Prædicatorum Duacensium, de S Thoma Aquinate; una in collegio Regio, de Assumptione Deiparæ; una in collegio Marchianensi, ad complementum Quodlibeticarum; cæteræ omnes, in publicis S. Theolog. Duacensibus scholis; diligenter perlegi: & nihil habentes quod publicationem impediat, quin potiùs varia utilitate commendabiles, dignas quæ cum additione ad orationem tertiam, imprimerentur censui. Duaci, die 2. Decemb. 1620.

BARTHOLOMÆUS PETRUS
*S.Theol. Doct. & Duaci Professor regius ac ordinarius*

---

# APOLOGETICA
## PRO
# S. THOMA AQUINATE,
## DOCTORE ANGELICO ET COMMUNI,
## *ORATIO*

Habita Duaci 7. Martij 1624.

---

## *SANCTO*
# THOMÆ AQUINATI
## QUINTO ECCLESIÆ DOCTORI, ANGELICO, ET COMMUNI, THEOLOGORUM PRINCIPI.

NON me fugit, DOCTOR SANCTISSIME, quin cum gloriosissimo pariter & Sanctissimo Doctore Gentium Apostolo Paulo dicere possis, *1. Cor. 3* te non egere commendatitijs epistolis ad nos, aut ex nobis. Quia tamen & Sapientis vox est. *Laudemus viros gloriosos & parentes nostros* *Eccl. 44* *in generatione sua*; & alium æquè Spiritu sancto inspirante loquentem audio ac jubentem, *Erue eos qui ducuntur ad mortem; & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses*: *Prover. 24.* Cur non in laudes, quamvis tuis meritis longè impares labia mea aperiam, qui post Deum Deique Matrem, te parentem agnosco, tibique acceptum refero, si quid (quod sentio quam sit exiguum) in me est scientiæ Theologiæ? Cur non te vindicem, qui etsi non ad mortem ducaris; ea tamen famæ nominique tuo macula inuritur, quæ nihilo minùs nocentior est quàm corporalis interitus?